

Hermann Heltberg Michael Degelovius


Exercitationum Logicarum V. De Praedicamentis In Genere. Et In Specie De Substantia, Quantitate, & Qualitate

Rostochi[i]: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72911046X>

Druck Freier  Zugang






57

R. U. phil. 1609. 10.

12 9/16

35 1717





R. U. phil. 16-102

Annunte & Benedicente Domino
Exercitationum Logicarum
V.

DE PRÆDICAMEN-
TIS IN GENERE. ET
IN SPECIE DE SUBSTANTIA,
Quantitate, & Qualitate.


de duob; accidentib; absolutis
Quam

In Inchyta Rosarum Univerſitate

SUB PRÆSIDIO
M. HERMANNI HELTBERGII
Walsrodâ Lunæburgici.

Propugnabit
MICHAEL DEGELOVIVS
Pasevvalcensis Pomeranus.

Ad diem X. Januar. Hora
& loco conſveto.



Rostochi Typis Myliandrini, Anno c1o 1610.

Amplissimis & Prudentissimis Viris, sapientia, omniq. virtutum laude prestantissimis, Dnis.

Dn. Lucæ Degelovio,

ET

Dn. Lucæ Rachovio,

Consulibus Reipublicæ Patriæ, quæ Paserualci est. dignissimis.

NEC NON

Dn. Petro Thusenio,

ET

Dn. Ioachimo Bannino,

Camerarijs ac Senatoribus ejusdem Reipub. fidelissimis.

Parenti, affinibus, tutoribus, & Promotoribus suis debita subjectione observandis, has studiorum suorum primitias strenx loco

Offert.

Dicat.

Consecrat

Michael Degelovius

Paserualca-Pomeranus.

Prooemium.



Vemadmodum artifex opus & effectum aliquod producturus, certam aliquam sibi subjectam requirit in qua operetur, & in quam formam illam accidentalem introducat, materiam, cum in nihilo non possit operari: ita etiam Logicus qui secundas notiones, ut sunt, Enunciatio, Subjectum, praedictum, major, minor, & medius terminus, & denique ipse Syllogismus, efformare & producere debet, necessario aliqualem rerum seriem, & cognitionem, quibus notiones illas imponere debet, praesupponit. Stultus siquidem esset, si Enunciations & Syllogismos conficere vellet, & res de quibus ea omnia formare, & quibus eadem imponere & applicare deberet, ignoraret. Hoc itaque videns Philosophus Aristoteles optimo & prudentissimo consilio, in Logicis suis a doctrina rerum est auspicatus. Quia vero rerum magna admodum est verietas, & multitudo, ut res sine certo aliquo ordine traditas percipere & cognoscere non poterimus. Ideo

Summus Aristoteles trutinando cacumina rerum

In duo divisit, quicquid in orbe fuit.

Divisit autem omnia in substantiam & accedens & de substantia unam, & novem de accidentibus categorias, ut eo melius eas quis posset cognoscere, & cum utilitate & fructu quodam perlustrare, conscripsit. Hunc igitur tanquam Ducem & Antesignanum nostrum secuti, eodem modo & ratione de categorijs seu praedicamentis agemus. Quia vero doctrina rerum aliqua ex parte prolixa est, ut unica exercitatione absolvi & discuti nequeat. Ideo duas

*Secundae notiones,
secundum quas
logica versatur.
Sunt in promptu,
& in Logicis ha-
beret, quibus hasce
imponeret, atque
optimo consilio
egit de Praedica-
mentis in Logica,
de eorumque doctri-
na vere auspiciatus
merito.*

de eadem, quarum prima de substantia, & de duobus accidentibus absolutis, quantitate videlicet & qualitate, altera de reliquis accidentibus respectivis est actura, instituemus.

Theorema Primum.

Prædicamenta sunt classes seu ordines summi alicujus generis realis & omnium sub eo contentorum naturalem dispositionem continentem.

I. In principio hujus Theorematis admonendi estis ipsum Aristotelem prædicamenta vel categorias in suo organo logico non definitum, sed hanc definitionem à quodam Aristotelis interprete & non ex ipso Aristotele desumptam esse. Ubi tamen notandum est, Aristotelem propterea quod Prædicamenta non defini-verit, non reprehendendum & rejiciendum esse. Voluit enim Aristoteles non perfectam hinc rerum ut in disciplinis realibus fieri solet, tractationem instituisse, sed tantum aliqualem, qua Logico ad suum finem obtinendum sufficere poterat, afferre. Quemadmodum n. aurifaber non plenariam & exquisitam auri seu objecti sui cognitionem, sed tantum talem qualis ad finem sibi propositum sufficit, appetit & desiderat, ita etiam Logicus non perfectam rerum seu objecti sui cognitionem sed tantum eam qua ad finem Logica obtinendum facere poterat, requirit. Potest etiam Aristoteles propterea, quia definitio & ea res cujus est definitio differunt, defendi. Quemadmodum nec Logica definitio ad ipsam requiritur, sed eidem vel præcedenti, vel melioris cognitionis loco præmittitur: ita etiam prædicamentorum definitionem tradere Aristoteli non erat necessarium. Denique nec quicquam moramur Kamum lib. 4. Scholar. Dialect. cap. 1. Aristotelis hunc tractatum reprehendentem, propterea

evare Ates noh
ent. definire
Logiam.

pterea quod definitio ejusdem ab Aristotele hic sit omissa. Respon-
demus enim eidem & omnibus Aristotelica schola contemptoribus,
pradicamenta perfectè definiri non posse, cum sint summa rerum
genera ultra qua ascendere & ipsæ genus attribuere nisi insanus
conabitur, quicquid enim definitur per aliquod superius definitur
debet genus, ut testis est communis peripateticorum schola, & ipsa
res locupletissimus. Quis autem pradicamentis nullum inveniri
genus Univocum & Legitimum, & propterea nec definiri posse ab
Aristotelicis non didicit & accepit. Hac si benè ponderasset & di-
dicisset, P. Ramus, & omnes qui Aristotelis scripta propterea
arrodunt, eundem traducere & exagitare, præter omnem ne-
cessitatem & culpam non potuissent. Nec est quod Entis naturam
pradicamentis superiorem esse, & propterea per eandem eadem de-
finiri posse prætendant, cum dudum, Ens respectu pradicamento-
rum generis Univoci & Legitimi assumere naturam non posse sit o-
sensus. Francif. Tolet. in lib. I. Categ. Aristotel. cap. 4.
quest. I. Gregor. Horst. lib. I. Instit. Logic. tract. 2. cap. 2.

11. Admonemus deinde vos pradicamentorum seu catego-
riarum non unam sed plures apud Eruditos acceptiones & signi-
ficationes inveniri. Primò enim significat actum pradicandi, quo
respectu numerus ab ea re qua numeratur differt & distinctus est.
Deinde vox categoria seu pradicamenti sumitur non pro actu
pradicandi, sed pro ipsa re qua pradicatur, adeoq; pro tota illa col-
lectione & coordinatione generum & specierum sub uno genere
generalissimo naturali ordine dispositivum. Atq; in hac ultima signi-
ficatione pradicamentorum vocabulum volumus hic acceptum.
His ita prædictis ad definitionis nostræ in Theoremate tradita ex-
plicationem nos convertemus. Dicimus autem quod pradicamen-
ta sint classes seu ordines ipsarum rerum, ubi per hac vocabula ge-
nus exprimere contendimus pradicamentorum, & illud aliquo
modo per similitudinem alicujus schola in qua multa classes seu
ordines

ad hæc
obstrepanti
Ramb. R.

R

Pradicamenta
categoria plures
hnt acceptiones.

R

R

Hic genus pradicame-
ntorum volumus
intellectum à So-
crate quædam.

ordines in quibus pueri vel scholastici disponuntur, inveniuntur, cum illa non perfecte definiri, sed saltem describi posse superius sit assertum. Quemadmodum enim in scholis pueri justo classium ordine collocantur: ita etiam ipsa res seu summa ipsarum rerum genera in predicamentorum ordinem à mente Philosophica disponuntur & reputantur. Dicimus deinde quod sint classes summi alicuius generis & sc. omnium sub eo contentorum, quibus innuere volumus non quasdam, sed omnes omnino res non solum summa genera, sed etiam eorundem species, & individua, in predicamentis representari. Sic exempli gratia in predicamento substantia non solum ipsum summum genus substantia videlicet, sed etiam omnes ejusdem species & individua continentur, quia etiam ibi agitur de animali, de speciebus animalis, de Leone, de Tauro, homine, Henrico & Hermanno. Sic in predicamento qualitatis non solum agitur de ipsa qualitate in genere, sed etiam de habitu, potentia, naturali, scientia, arte, prudentia & similibus. Nec moveat quatenus quod dicamus genera qua superiori aliqua disputatione notiones secundas esse diximus, cum hic agamus de rebus per vocabula illa expressis & denotatis.

Theorema Secundum.

Prædicamenta sunt decem. Substantia¹,
Quantitas², qualitas³, relatio⁴, actio⁵, passio⁶, ubi⁷,
Quando⁸, situm esse⁹, habere¹⁰.

I. Vidimus præcedenti Theoremate quid sint prædicamenta, præsentem quatenus sint erit cognoscendum. Dicimus autem prædicamentorum decem esse, unum de substantia quod reliquis subsistit, & reliqua novem de accidentibus qua huic tanquam suo subjecto inhaerent & insunt. Nec sine ratione decem prædicamenta esse

ta esse affirmamus, cum ipse Aristoteles lib. i. categor. cap. 4. hunc nostrum numerum predicamentorum corroboret & confirmet. Dicit enim, Eorum quæ secundum nullam completionem dicuntur, unumquodq; aut substantiam significat, aut quantum aut quale, aut ad aliquid, aut ubi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere aut pati. Possemus insuper multis hunc ordinem predicamentorum corroborare rationibus & fundamentis, nisi instituti & charta incapacitas obstaculo essent; plura legantur apud Francisc. Tolet. lib. i. Logic. de predicam. in commun. quæst. i.

II. Agit autem Aristoteles primò de substantia, tanquam predicamento omnium nobilissimo & quasi fundamento quo reliqua nituntur omnia firmissimo, & ejus divisionem & proprietates enumerat & recenset. Atq; his ita peractis ordine ad accidentiam omnium naturam declarandam accedit. Quia verò accidentium non una eademq; sed multiplex & varia est ratio; ideo Aristotelis interpretes pleriq; accidentia in duas classes, seu ordines rursus subdividunt & dissecunt. Dividunt enim accidentia in absoluta & relativa seu respectiva; respectiva verò rursus in respectiva quæ non solum respectum habent ad subjectum aliquod externum, sed insuper etiam ad terminum quæ propterea etiam merè vel simpliciter respectiva vocantur; & deniq; in ea quæ solum habent respectum ad subjectum externum & propterea dicuntur respectiva mixta. Ad accidentia verò absoluta referunt Quantitatem & qualitatem; ad respectiva simpliciter solam categoriam relationis, & deniq; ad respectiva mixta sex reliqua, ut sunt actio, passio, ubi, Quando, situm esse, habere. Nec quæquam turbet vel moveat quod omne accidens sit respectivum, quia habet respectum ad subjectum cui inhaeret, & propterea etiam accidens dicitur, atq; sic omnia accidentia respectiva esse appellanda. Non enim de tali, quem merito concedere cogimur, respectu in presentia nobis sermo institutus est.

Quando

quod itaq; primo de substantia agit.

accidentia in duas classes sunt distincta in absoluta & respectiva.

Absoluta accidentia
Respectiva accidentia & mixta

omne accidens est respectivum.

Quando enim quadam accidentia respectiva & quadam absoluta
facimus, loquimur de tali respectu accidentium quem non solum
habent ad subjectum intrinsecum sed etiam extrinsecum. Sic re-
latio seu illud accidens, quod est in patre & filio, non solum respi-
cit subjectum suum intrinsecum, sed etiam extrinsecum. Non
enim paternitas qua inest alicui homini solummodo habet respec-
tum ad illum hominem in quo inhaeret, sed etiam ad aliam perso-
nam videlicet ad filium. Propter filium enim Pater dicitur pa-
ter, & vice versa propter patrem filius dicitur filius. Atq; hac
rerum seu predicamentorum brevis quadam pro instituti nostri
ratione delineatio tanta, quanta ad Logicum hoc nostrum institu-
tum requiri videtur, esto. Nec quicquam moramur Ramum &
ejusdem sectatores Ramcos, hanc doctrinam predicamentalem
non ad Logicam sed ad Metaphysicam pertinere, cum quicquid
in una arte est homogenium illud in altera ut heterogenium sit
necessum sit, argumentantes, & propterea ipsum Aristotelem in-
scitiae & ignorantiae arguentes. Hi enim dum hoc faciunt insci-
tiam & stoliditatem suam produunt & in apricum producunt ma-
ximam, dum inter rem ipsam & diversum eandem considerandi
modum distinguere nesciant. Agit quidem Aristoteles & ejus
discipuli & in Logicis & in Metaphysicis de rebus, sed non sub
uno eodemq; considerandi modo. Metaphysicus enim de rebus
agit quat: talibus; Logicus vero de iisdem quat: secundis notioni-
bus substant: Imò stolidi illi sunt, qui rerum doctrinam ex
Logico agro exterminare contendunt, & tamen de rebus aliquid
enunciare, & Syllogismos de iis efformare, iisdemq; uotiones secundas
imponere volunt & tamen earundem cognitionem antequam hoc
ipsum facere laborant negligunt & à Logicis reijciunt. Arrige
itaq; aures o gens Ramistica & demum quam malè bonis di-
sciplinis, & praclaris ingenijs consulas, agnosce, & haresin & pe-
stem tuam Philosophicam ulterius spargere, iisdemq; bonis artibus
& disciplinis exitium inferre desiste.

Theo-

Obiectio Rami p
Predicamenta non
ad Logicam, sed ad
Metaphysicam
pertinent.

Respo.

Metaphysic
Logica

Theorema Tertium.

Substantia est quæ per se subsistit, nec sustentatur in alio ut in subjecto.

I. Primum inter prædicamenta locum assignamus cum communi peripateticorum caterva, substantia, tum ratione dignitatis tum alijs rationibus adducti. Substantia enim reliquis rebus omnibus est præstantior & dignior. Primum enim substantia per se subsistere potest, reliqua verò res sive accidentia per se non, sed beneficio alterius subsistere & suum existendi modum requirunt. Quantitas enim non nisi certa alicui materia; qualitas non nisi certa alicui forma à qua profluit & emanat inhæreat, existere & subsistere potest, atq; ita ordine de reliquis accidentibus, quæ eodem modo se habent, est judicandum. Dignitate deinde substantia reliquis est anteferenda. Accidentia enim propter substantiam, ut eam exornent & ad munia quadam expedienda reddant aptiorem, sunt condita & creata. Dicitur autem substantia vel à subsistendo quod per se & non beneficio alterius existat; vel à substando, quod accidentibus quæ per se subsistere non possunt, substat & substernatur.

II. Dividitur deinde substantia à Philosophis in primam & secundam. Substantia prima est quæ neq; subjecto ulli inest, neq; de subjecto ullo prædicatur. Dicimus primam substantiam non inesse subjecto, quod de subjecto inhærentia, quæ omnia accidentia solâ substantia excepta agnoscunt. Sunt autem prima substantia omnia individua, ut Jacobus, Andreas, Thomas, Martinus, &c. Substantia deinde secunda est, ut habet D. Gregorius Horst. lib. I. Institut. Logic. tract. 2. c. 2. res universalis, per se subsistens, sub cuius ambitu primæ continentur. Dicimus quod sub ambitu substantia secunda prima

INTER prædicamenta
Substantia primam
locum præceteretur.

Substantia deni-
cario.

Substantia divi-
ditur in primam
secundam.

B

prima

prima contineatur, quibus innuimus, Substantias secundas nihil aliud esse, quam genera & species, sub his enim prima substantia seu individua continentur. Sic Jacobus, Henricus Hermannus continetur sub homine & animali, tanquam prima substantia seu individua, sub secunda, seu specie & genere. Ut autem intelligatur de quanam substantia in presentia nobis sermo sit, dicimus nos in hoc predicamento substantiam non sumere communiter pro omni alicujus rei siue sit accidens siue sit substantia, essentia, neq; pro tali substantia qua opponitur accidenti, quo pacto & D E V S substantia dicitur, sed pro Ente finito & completo, quo pacto, Homo, arbor, Leo, Asinus, substantia dicuntur.

Sunt hic
substantiam
pro Ente finito
& completo.

Proprietates substantiarum sunt sex.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.

III. Proprietates substantia Aristoteles lib. i. categor. cap. 5. enumerat. Prima est: omni substantia communi est in nullo esse subjecto, ut homini & leoni non convenit alicui ut in subjecto inesse: secunda est: substantia semper predicatur univocè, sic animal univocè predicatur de Homine & Leone: Tertia est: Prima substantia significat hoc aliquid hoc est rem indivisibilem & unam, quo pacto, Jacobus & Andreas, imò omnia individua veniunt: Quarta est substantia nihil est contrarium. Quinta est: Substantia non recipit magis & minus: Sexta est: substantia suscipit contraria, de quibus omnibus videatur Aristotel. lib. categor. cap. 5. Franciscus Tolet. lib. categor. Aristot. cap. 5.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.

Theorema Quartum.

Quantitas est secundum quam substantia dicitur Quanta.

I. Declarata substantia natura, & divisione, declaratis item ejusdem proprietatibus, jam ad ipsa accidentia, cum Aristotele & ejusdem

de accidentibus Ab-
latis quantitate
& qualitate

quantitas / spur vel glis, qualitas Aff: et Negat.

Et ejusdem sectatoribus nos conferimus. Agimus autem primo loco, ut antea etiam fuit dictum de accidentibus absolutis, cum omne absolutum prius sit respectivo. Inter absoluta autem predicamenta Aristot. primum locum ascribit Quantitati, quem et nos imitabimur et prius de quantitate, postea vero de qualitate agemus. Dicimus autem quod quantitas sit accidens secundum quod subiectum aliquod dicitur quantum, ut a qualitate distinguatur, propter quam quale subjectum denominatur. Sic propter quantitatem qua inest alicui homini dicitur quantus, magnus, parvus &c. Sic propter adhaerentem quantitatem mensa aliqua dicitur parva, magna &c.

evid. quantitas.

II. Dividunt autem quantitatem in continuam et discretam. Continua quantitas est cujus partes communi termino seu vinculo coherent, atq; huic pertinent superficies, linea & corpus, quibus quidam addunt Tempus & locum. Horum enim omnium partes communi quodam nexu et vinculo sunt unitae, ut in quolibet eorum cuiusvis videre et cognoscere erit integrum. Discreta quantitas est cujus partes communi termino non coherent, & unitae sunt. Atq; huic pertinent Numerus & Oratio. Harum enim quantitatum partes non tali modo quali alicujus corporis, sed discreto et non communi ordine coherent, ut in quovis numero oblato et qualibet oratione manifestum redditur.

quantitas dividitur in continuam et discretam.

III. Proprietates quantitatis sunt haec: 1. quantitati nihil est contrarium. Sic numerus numero, sic corpus corpori et linea linea non adversatur et contrariatur. 2. Quantitas non recipit magis et minus. Sic Quantitas que inest magno alicui corpori, non magis est quantitas quam ea que alicui minori inhaeret; maior tamen esse potest. 3. Tertia proprietates est: Quantitati maxime convenit aequalitas et inaequalitas. Sic propter quantitatem aequalem que inhaeret dicuntur aequalia, sic propter inaequalitatem qua aliquibus super-

ficiebus inest dicuntur inaequales. Illa autem inaequalitas & aequalitas ex sola quantitate provenit & emanat.

Theorema Quintum.

Qualitas est accidens secundum quod res dicitur qualis.

I. Post quantitatem de qualitate agemus, cum illa huic sit prior & anteposenda. Quemadmodum n. materia à qua quantitas emanat prior est forma à qua qualitas provenit & profluit; ita etiam ipsa quantitas qua hac ratione prior est, priori loco erat tractanda. Dicimus autem in Theoremate nostro quod qualitas sit accidens à quo subjectum denominetur quale, ut hac ratione à substantiâ qua ex numero accidentium excluditur, & quantitate ob quam res solummodò quanta dicuntur discernatur. Sic propter qualitatem qua inest menti humana cujus beneficio vel res naturales, vel ipsum Ens contemplari, potest: Sic propter qualitatem qua inest corpori humano ob quam vel bene gallicè vel Italicè vel germanicè saltare potest, quale dicitur & denominatur.

Divisio qualitatis.

Habitus.

habitus duplex corporis & animi.

II. Dividitur verò qualitas in quatuor species: Habitum & dispositionem: potentiam & impotentiam naturalem: passibilem qualitatem & passionem Figuram & formam. Habitus autem est qualitas crebris actionibus acquisita radicata in subjecto & difficulter mutabilis. Atque huc pertinent sapientia prudentia, scientia ars &c. quae omnia sunt habitus quia crebris actionibus acquisita & in animum hominis introducta sunt. Dividunt habitum in habitum corporis & habitum animi; habitus animi est qualitas inhaerens animo ut scientia, habitus verò corporis est qualitas inhaerens corpori.

I. Habitus animi.
2. Habitus corporis.

corpori ut ars saltatoria. Dispositio est qualitas paucis
 actionibus acquisita & facile mutabilis, isdemq; quibus habi-
 tus dividitur modis. Potentia naturalis est qualitas secun-
 dum quam subjectum redditur aptum ad aliquid facien-
 dum vel patiendum. Sic potentia currendi qua inest equo red-
 dit illum ad currendum aptam. Impotentia naturalis est qua-
 litas subjectum ad aliquid agendum vel patiendum reddens
 ineptum. Sic hebetudo ingenij alicuius inherens reddit eundem
 ad artes & disciplinas liberales imbibendas ineptum. Possibili-
 lis qualitas est accidens in sensibus nostris passionem gi-
 gnens. Sic dulcedo qua est in lacte sensum gustum afficit, ei-
 demq; passionem introducit. Passio est ipsa ex externis objectis
 in sensus introducta qualitas. Sic ipsius dulcedinis effectus in
 gustu, est passio à dulcedine introducta. Figura est qualitas à
 convenienti totius alicujus subjecti proveniens. Sic figura
 externa alicujus domus vel alterius rei dicitur talis qualitas.
Forma est qualitas externa & accidentalis in oculos incur-
 rens, & ex situ & convenientia partium in toto proman-
 ans. Sic ob pulchram & convenientiam partium in corpore hu-
 mano homines dicuntur tales.
 III. Qualitatum proprietates cum Aristotele protrahimus
tales: Prima est qualitates recipiunt contrarietates, ut cali-
 dum & frigidum esse in aqua & igne. Secunda proprietas quali-
 tatum est quod recipiant magis & minus. Sic calor in aliquo
 subjecto potest esse magis quam in altero. Tertia qualitatum pro-
 prietas haec est: Propter qualitatem res dicuntur similes &
 dissimiles: Sic propter similem aliquam formam externam &
 partium convenientiam duo homines dici possunt similes: Sic pro-
 pter partium dissimilitudinem & inconvenientiam duo homines
 dicuntur dissimiles. Atq; haecenus de predicamentis in genere
 & de substantia quantitate & qualitate in specie. Proxima itaq;
 disputatione reliquas rerum categorias eodem ordine & via ab-
 solvemus.

Dispositio.
 NB
 Potentia naturalis.
 NB.
 Impotentia
 naturalis.
 ubi naturalis imbe-
 cillitas est.
 Possibilis
 qualitas.
 Passio.
 Figura.
 ad materiam
 & formam.
 Forma
 accidentalis
 non essentialis
 & interna.
 Proprietates
 qualitatum.
 NB.
 & accidentia Res
 spectiva. COROL-

1.
 2.
 3.

de acide
 m. p. g. ab
 solvitur.

Corollaria.

I.

An pradicamentorum tractatio in Logice sit heterogenia? *N.*

II.

An DEus & Angeli in pradicamentorum numerum propriè dicendo possint adscisci? *N.*

III.

An pradicamentum substantia primo loco ponendum? *A.*

IV.

An Aristoteles propterea quod nec pradicamenta, nec substantiam definiuerit erraverit? *N.* Ratio Th. 1. mod. 1.

V.

An pradicamenta perfectè possint definiri? *N.*

VI.

An substantia possit perfectè definiri? *N.*

VII.

An inter Logicam Dn. Philippi, & Petri Rami sit convenientia? *N.*


An

IIX.

An Ergò illi qui convenientiam inter hæ-
sce constituere contendunt ad scopum Dn. Phi-
lippi respiciant? *N.*

IX.

An ergò comparatio illa sit alicujus mo-
menti? *Nullius.*



Ornatissimo & Humanissimo
juveni,

DN. MICHAELI DEGELOVIO
Pasewalcenti Pomer.

Amico suo carissimo.

Quis DEus in terris homines affecerit, artes
Doctæ, sunt verè dona decusq; bonum.
Hæ, dum conteritur, vel sicco absimitur igne,
Nobile quod mundus prædicat usq; sibi:
Non vi, non ferro, nec quavis fraude malorum
Extingui, aut falsâ tollier arte queunt.
Sed potius, rivis ceu limpida profuit unda,
Emergunt, prorsus cum perisse putes.
Adde quod exhibeant, qui sedulus hauserit illas,
Scriptis ut vivum post sua fata virum.


Harum


Harum, tu MICHAEL, laudem percussus amore,
Eximiam assiduè conciliare paras.
Dum te non pigeat, quos fert Dialectica, fontes
Scrutari, & sub se quæ bona cuncta tener.
Conatus dignus, quem te coepisse pigebit
Nequaquam, insistas tu modò ritè viæ.
Hæc etenim ARS te vera docet discernere falsis,
Hujus & auxilio solvere falsa potes.
Huic meritò ascribunt, pateant quod sæpè resectæ
Quas studio nescit callida turba, strophæ.
Ergò age constanti cursum pertextito mente,
Et quas demonstrat quæritò promptus opes.
Coëptis (crede) tuis verè pia fata favebunt,
Quò tibi contingat laus celebranda bonis.

JOACHIMVS WICHMANNVS

Wolgast. Pom.







306. sect. 20. in hac verba erumpens: Omne quod est, a primo principio, aut à primo principio. Unalia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia corruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis: & natura: nunquam vero corrumpitur: & nunquam immortalitate Deo ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem, concedere licet. Nam 1. Angelus tantum, & animalia existunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se existunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorema III.

Angelus est spiritus, qui per se existit, sed semper extra corpus.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore existere, sed per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant hominibus. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi corpore existere. 359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora non sunt, & natura eorum non est, corporibus reformare, merito per se ab omni corporis unionem.

II. Sunt vero Angeli in duplici differentia: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione esse bonus, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur. Quicquid autem à Deo creatum est, bonum est.

A 3



the scale towards document